

recognovit, ut dicit Mart. tract. de jurisd. 4. p. cent. 1. casu 80 n. 33. per L. nulli. C. de iud. & l. ordinari. C. de rei v. d. cap. 1. de caus. poss. & propri. Hanc partem & opinionem tenet etiam Trentacinq. l. q. forens. q. 79. eam etiam tenet Innoc. in c. 1. de nu. per. ubi dicit, quod iudex laicus exequitur sententiam suam in bonis clerici coram eo reconventi. Sequitur Felin. in cap. significasti sub n. 4. vers. sed moderni tandem tenent &c. de offic. delegat. & testatur ita tenere Modernos ibi per doctrinam Innocentii. Tenet etiam Joann. de Immol. in c. de mutu. per. latissime comprobatur Carol. de Grassis, de effect. creari effect. 1. a n. 789. & 791. post Galac. Rub. secus si executio in persona sit facienda clerici.

99 Et Barbo. ubi proxime num. 99. respondet ad illam difficultatem, quae oritur ex sua resolutione, nempe paritate iudicem Ecclesiasticum in casibus quibus potest contra laicos procedere, posset etiam executionem facere in eorum bonis, quum contrarium verius sit ex iis, quae Covar. in pract. quest. c. num. 2. vers. 3. cui satisfacit Barbo. dict. num. 99. in hac materia esse constituendam differentiam inter iudices Ecclesiasticos, & seculares; nam seculares possunt exequi suas sententias in bonis temporalibus clericorum, & tamen Ecclesiastici non possunt suas exequi, in temporalibus laicorum. Ratio differentiae est, quia licet personae clericorum sint exemptae a iurisdictione secularium, bona tamen temporalia ipsorum, cum sint in territorio regis secularis, illis subijciuntur Felin. in c. Eccles. n. 8. de constit. c. & nos alibi latius, & ideo seculares tanquam in bonis sitis in suo territorio, poterit facere executionem, l. qui restituere ff. de rei vind. Ecclesiasticus autem ultra ambitum Ecclesiae, & pertinentia ad spiritualia, nullum censetur habere territorium: cap. licet ex suscepto de for. competent. c. causam el. & ibi Panorm. n. 3. qui filii sint legit. gl. & Bal. in l. Episcop. C. de episcop. audi. Bellug. in specul. Princip. reb. 1. 4. §. nunc videamus. n. 37. p. 87. & eadem ratione non posse iudicem Ecclesiasticum proprio iussu, & autoritate jubere capi laicum, tamquam existentem in alieno territorio, comprobatur late ipse Barbo. a n. 99. cum seq. & passim alibi per Doctores.

102 Et pro hac parte facit, nam in casibus, in quibus iudici ordinario Ecclesiastico specialiter permittitur cognitio, & punitio religiosorum, aliis a sua iurisdictione exemptorum, & privilegiatorum, in iis omnibus potest ipse Episcopus ordinarius suas exequi sententias adversus praefatos religiosos, nulla praemissa, nec postulata requisitoria, ita late examinas concludit post alios Caned. in canon. q. 19. a princ. ubi mirabiles adducit doctrinas, quae nostrae recte conducunt.

103 Hinc videmus, quod in iis casibus, in quibus clericus propter negotiationem debet gabellam, potest coram iudice seculari conveniri, & illam ab eo exigere, & exequi in temporalibus, scilicet, ipsius clerici, captis pignoribus ad solutionem adstringere, persona tamen ejus semper excipienda, nec propter gabellae debitum incarceranda, ita Mexia Pontius in pragmatica taxa panis concl. 5. n. 23. Petrus Rebuff. ad l. Galli 2. tom. de mercat. minutatim vend. gl. 14. Boerius decisio. ne 146. n. 4. bene Azeb. in l. 11. tit. 3. lib. 1. recop. optime explicat Lasar. tract. de Gabell. c. 19. n. 84. qui n. 85. ex resolut. per Gregor. Lop. in l. 49. verb. las franquezas in fin. tit. 9. p. 1. advertit si dubium fuerit, an clericus sit negotiator necne, poterit iudex laicus de causa cognoscere, tanquam de fundamento suae iurisdictionis.

105 Hinc depositario, seu sequestrario constituto clerico per iudicem laicum, ipsemet potest dispositum ab eo removere, & astringere ad restitutionem captis pignoribus, & tenent omnes Doctores supra citati in proposito in fundamento contrariae partis, a num. 90. & seq. & idem tenent plures alii, quos refert, & sequitur Menoch. de recuper. poss. rem. 15. n. 215. Marant. de ordin. iudicio 4. part. dist. 11. n. 62. & 37. Aufret. in tract.

de potest. secul. super Eccl. 2. regul. fall. 14. Aviles in c. 20. prae. gloss. execution. n. 6. & in l. 20. verbo, usurpar. n. 10. Diacon. Perez in l. 1. tit. 10. column. 1142. l. 3. ordin. vers. quari. 12. Greg. Lop. in l. 3. t. 3. p. 5. plurimi, quos refert sequitur Mexia in pragmatica taxa par. concl. 5. n. 35. infiniti penes sequitur per Bobad. in polit. l. 2. c. 18. n. 130. plures referens sequitur Prosper. Farinacius in pract. crim. quest. 8. sub n. 123. quando executio sit facienda in re, non tamen in persona clerici, ita eleganter late Grassis de effect. cleric. effect. 1. a n. 855. ubi latissime & tenent Joan. Jacob. Masull. in addit. ad Capi. dec. 7. n. 4. allegans Ursill. ad Afflict. dec. 173. Calef. in l. 1. 36. vers. fid. c. cler. ff. de iud. dicentes quod si executio sequestrari, aut depositi est realis, non personalis, possit per eundem iudicem laicorum fieri. Innumeros alios & singulares casus singillatim eleganter refert Castell. a Bobad. in pol. l. 2. c. 1. a n. 66. n. 117. & n. 118. n. 122. n. 123. & n. 124. & n. 126. & n. 137. & seq. n. 109. 227. n. 244. n. 153. n. 306 & 320. Quibus quidem casibus specialiter ab eo relatis post mortuorum Doctorum comprobationem, potest iudex seular cognoscere adversus Ecclesiasticas personas, & simul suam sententiam exequi in earum bonis temporalibus, & compellere captis pignoribus, quos omnes casus per te videre poteris, mihi autem ad nostrae doctrinae comprobationem sufficere referre, non transcribere.

Nec est audiendus Martes ex proprio Marte, & 107 debilibus quidem rationibus motus contra communem (ut assolet) in casibus quibus illum retulimus fursum n. 90. & sequentibus.

Hujus tamen partis resolutio minorem habet difficultatem in clerico possidente rem emptam in subhastatione postmodum annullata, & executione revocata, vel ubi interveniente executoris excessu, rem emit, vel aliter nactus est, vel quando rem litigiosam possidet; quia iis casibus cum venditio, & acquisitio sit nulla, fingitur, & consideratur a jure, res adhuc permanere in potestate alienantis, & nunquam ejus dominium evasisse, ut de re litigiosa communiter Doctores affirmant, quos retulimus supra hac 4. part. cap. de excessu, de person. ad pers. supra dictis convenit a n. 168. de ceteris vero probavimus supra hoc c. vers. vides igitur n. 63. & 64. cum seq.

Sed sic est, quod quando propter nullitatem alienationis (ut in pacto de non alienando rei pignorate adjectum de quo supra) consideratur, & fingitur res adhuc esse in potestate alienantis executio, quae contra illum competit, habet etiam locum adversus clericum illius rei tertium possessorem, & hoc coram iudice seculari, ut post Cui. Bai. & alios dicit communem Aufret. de potest. secul. super Eccl. regul. 2. Greg. Lop. in l. 51. 1. 6. p. 1. gl. 4. Vallas. de jur. emphyteu. quest. 17. n. 1. Bob. in polit. l. 2. c. 18. n. 204. optime Parlad. l. 2. rerum quotid. c. fin. 2. p. 5. n. 11. quam referens sequitur Ceval. in contra com. tom. 1. q. 36 a n. 14. ubi latius prosequitur plurimas allegans licet contrarium tenuerit Gasp. Rod. de annu. redd. l. 2. q. 9. n. 58. vers. quod amplia & n. 19. contra quem & merito iterum tenet multo post hac scripta idem Ceval. contra comm. 4. p. 9. 899. a n. 80.

Ex eodem fonte fluit, rem litigiosam, in clericum lite pendente alienatam, posse ab eo avocari per iudicem secularem, & in eum directo fieri executionem sententiae latae ab eodem iudice; tenent Ursill. ad Afflict. decisio 311 n. 3. cum quo transit Carpan. ad stat. Mediolanen. 68. n. 114. tom. 1. & Bin. conf. 187. n. 10. 111 optime Marius Giurb. in decis. 62. n. 7. ad fin. nec obstat Vincent. de Franch. decis. 49. n. 9. qui per Abb. in cap. Ecclesia sancta Maria n. 11. ut lite pendente (qui quidem nihil adducit ad propositum) & per Socin. conf. 19. n. 10. vol. 4. dum affirmat, quod alienatione facta lite pendente in clericum, non a iudice laico, sed ab Ecclesiastico facienda est executio in eum; quoniam

si

si ratio, qua se fundat Franch. esset vera praecise & necessarii procederet ejus doctrina; est enim advertendum esse inter Doctores controversum, & in duas opiniones facta divisio; an alienatio facta in fraudem jam paratae executionis contra debitorem requirat rescissionem, vel directo possit ipsa res in pignus executionis capi, alii enim requiri dixerunt, & hanc sequutus opinio nem Franchis nihil mirum, ut illam firmaret doctrinam, etenim rescissio requirit ordinem judicialem, & vim ordinariam, & supponit contractum mero jure validum, alii autem non requiri hujusmodi rescissionem sectantur, quorum opinio magis frequenter ab omnibus est recepta, Bald. in l. executorum num. 22. de execut. rei judic. Caltr. n. 8. ff. nu. 10. Cuma. n. 5. Herculan. nu. 46. Lasias in l. a D. Pio §. si super rebus, de re judic. Ripa in l. 1. §. si heres, n. 21. ad Trebell. Covar. in pract. cap. 15. Villalob. in arario commu. opin. litera A. n. 132. Papon. conf. 63. n. 4. Pancirol. conf. 183. n. 17. Lud. Perus. decis. 26. n. 9. Bella. tom. 2. comm. opin. l. 7. tit. de execut. rei jud. nu. 55. Duen. Diaz ad Afflict. ejusdem opin. recenlet Aloyf. Leo. in l. 1. num. 4. Cod. de alien. jud. mut. cau. fact. Ursill. decis. 395. num. 38. num. 7. Natta conf. 250. num. 3. & 4. Emil. confil. 51. num. 6. Neviz. confil. 20. num. 13. Decius confil. 187. & 189. in fin. Hoded. conf. 20. num. 52. & 56. vol. 1. Nig. Campan. in cap. Reg. Neapol. l. 51. nu. 4. Carpan. ad stat. 160. nu. 38. p. 1. Curt. senior. conf. 73. Ruin. confil. 87. n. 1. volum. 4. Ozal. decis. 64. num. 5. Anna. singulari 28. Capicius decis. 128. num. 12. Rimin. jun. confil. 100. per totum volum. 1. Gnid. Papae decis. 81. Socin. confil. 13. vol. 4. Bursat. conf. 100. num. 23. Torret. conf. 66. volum. 2. Menoch. conf. 319. nu. 12. & confil. 1187. nu. 4. & de adipisc. rem. 5. n. 127. Cumia. Rit. 9. num. 37. Surd. conf. 533. numer. 4. & 40. & post Parlador. quem sequitur late & optime Mar. Giurb. in d. decis. 62. num. 6. & seq. qui quidem omnes, & alii plurimi, quos nos retulimus late hac 4. p. cap. 8. a n. 174. illam sequuntur in hac controversia distinctionem; quod quando dolus committitur in fraudem executionis, puta quia jam pendebat lis super ea, alienatione facta in tertium in actione personali, sit directo executio, etsi vitio litigiosus sit eo casu affecta non sit, aut etenim alienatio facta est dumtaxat in fraudem creditoris, puta; antequam lis mota sit, & tunc prius rescissorio iudicio agendum esse, & sic cum in casu, de quo agimus, rescissoria non sit necessaria, quod est fundamentum Franch. merito per ejus subversionem doctrina corruet, ut & illi ita satisfacit Marius Giurb. ubi proxime, d. n. 7.

116 Quod pertinet, quod cum is dolo desit possidere, pro possessore habeatur, l. pro possessore. de reg. jur. latissime Peregrin. de fideicommiss. artic. 46. a num. 26. fol. 286. Gratian. discept. forens. cap. 78. a n. 9. cum seq. tom. 1. vel aliter de simulata donatione, venditione, aut alienatione facta in clericum, aut aliis, si appareat vitio rem non exire de potestate conventi, aut conveniendi etiam in clericum, fiet executio per laicum iudicem, late Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 2. p. 5. n. 11. plurimos etiam referens sequitur Castell. a Bobadill. in polit. lib. 2. c. 18. nu. 132. & quod data dolosa alienatione in tertium fiat executio, ex aliis probat Afin. in praxi, §. 31. c. 4. a princ. Mart. de jurisd. 4. p. cent. 1. casu 35. n. 14.

119 Et his accedit, quod quando quis post commissum delictum, & citationem realem, vel verbalem, & sic praeventa iurisdictione, vel etiam non praeventa, si verè, vel praesumptivè apparet in fraudem se fecisse clericum, adhuc coram seculari iudice sit conveniendus, per quem fieri potest etiam condemnatio, & similiter executio in poena pecuniaria in temporalibus, non tamen in persona clerici, cum sit jure divino exempta a iurisdictione seculari, attamen in bonis secularibus potest executionem facere condemnationis, ita Salgado de Protect. Reg.

post alios Aufret. de potest. secul. regu. 1. fol. 11. Navarr. in cap. non dicatis 12. q. 1. nu. 92. ad fin. plures Garier. in pract. ll. Reg. l. p. q. 5. n. 3. Vincent. de Franch. dec. 384. num. 32. plures per Boss. in praxi crim. tit. de penis 38. Covarr. pract. quest. cap. 32. num. 4. vers. conclus. Plac. de delict. cap. 35. nu. 11. Jul. Clar. in praxi §. fin. q. 36. n. 43. Gama. de sacram. pract. qu. 5. num. 17. Vivius l. 1. comm. opin. verbo, clerici, vers. Ecclesiasticus. Anton. de Mart. de prorogatione juris num. 57. late prosequitur Barbosa de jud. ad l. si quis posteaquam a n. 115. ex eo, quia privilegium acquiritum per fraudem, nihil prodest acquiriti, l. his accusare, ff. de accusatio, l. si maritus, l. 5. §. lege 120 Julia de adult. & quia iudex secularis hoc casu magis dicitur iudex causae, quam iudex personae clerici, vide 121 Barb. ibi, qui per multos numeros multa adducit ad propositum.

Hinc falso opinari constat Martam ubi proxime n. 9. 122 quem adduximus pro contraria parte in ultimo fundamento, n. 93. asserentem, contra clericum, in quem res litigiosa alienata est, non posse per secularem fieri executionem suae sententiae latae super ea, per text. in c. Ecclesi. 1. ut lite pendente, motum ex eo, quod summus Pontifex avocavit ad se causam a Senatore urbis, quia in iurisdictionem temporalem non se intromitteret Pontifex, nisi attendens, Senatorem non posse de clerico cognoscere; cui responderetur, quod summus Pontifex se intrusit in causa, tanquam Dominus temporalis urbis Romanae, cum sit de patrimonio Ecclesiae, c. Constanti. 124. 96. d. ut optime post Hostiens. advertit Abb. in d. cap. Ecc. S. Maria n. 7. ex text. in c. per venerabilem, de elect. lib. 6. qui quidem DD. ad praedictam difficultatem alias simul solutiones assignant. Vide latissime per Scacc. de app. q. 8. a n. 127. art. 6. per tot. ubi late de appellatione a Senatore, & faciunt quae Fel. in c. significasti sub nu. 4. de off. deleg. quod & in hoc casu quando adest vitium litigii, a fortiori dicendum est, quippe si in superiori, ubi propter alienationem in fraudem executionis paratae, ad pecuniam res in clerico pignoratur, quo casu non contrahitur vitium litigii, ut tenent Ursil. Carpa, Beni. & Giurba supra, multo fortius dicendum est, quando ipsa res eo sit vitio affecta, quam quocumque vadat comitatur.

Huic etiam parti rectè & forriter favet, quod late 125 adducit comprobans Peregr. in tract. de fideicommiss. art. 48. n. 62. & seq. quod si clericus vigore l. fin. Cod. de edicto D. Adr. mittatur in possessionem hereditatis auctoritate iudicis secularis, & postmodum tertius compareat coram eodem iudice pro sui interesse, petens revocationem possessionis, vel quia non fuit, ut debuit citatus, vel aliam aliquam legitimam exceptionem opponit, tunc ipse iudex secularis erit iudex competens, ad hujusmodi possessionis revocationem, quia principio haec possessionis datio non fuit liberè, sed revocabiliter conditionaliterque concessa, sive quia expressè appositata fuit clausula (salvo jure, &c.) sive non expressè hu- 126 jusmodi conditione, quia tacite subintelligitur, l. 2. §. si quis a Principe, & §. merito, ff. ne quid in loco publ. gl. fin. in c. 2. ut lite penden. gl. in l. fin. C. si contra jus vel utilit. pub. & ibi B. & ceteri Marta de jurisd. 4. p. cent. 2. casu 159. n. 22. origo enim rei semper attendi debet, secundum ea quae nos late superius diximus. Et contra hanc doctrinam (quae vera est, & practicabilis) curandum non est de Marta in tract. de juris 4. p. cent. 2. casu 159. eam insurgentem, ut de more habet Peregr. autem sequitur Paz tract. de tenua 2. p. c. 64. nu. 13. facit Bal. doctrina in d. l. fin. n. 45. Cepola conf. 28. 29. & 30. pro nostra opinione.

Quibus quidem rationibus, & autoritatibus prout & praxis communiter observat, quod revocata executione, cujus contemplatione Clericus tertius emptor per subhastationem possidet, vel aliter ab illa executione sit causata sua possessio, vel quando per

executorem excedentem in eum fuerit res translata ;
 127 poterit per eundem executorem avocare, quod quando
 mediante excessu, aut inordinato processu rem clericus
 fuit adeptus, ut possit tunc res ipsa à clerico avocari
 per secularem, pro indubitabili teneo ; ad quod ultra
 supra dicta illud considero, quoniam tunc iste talis non
 228 possidet. Enimvero quando iudex, seu executor ex-
 cedendo, attentando, aut aliter, nulliter processit,
 juris ordinem omitendo, nec privat possessorem pos-
 sessione, nec illam transfert in accipientem, ut & nos
 exacte probavimus hac 4. part. cap. 8. de excessu de per-
 129 son. ad person. vers. nunc tractandum n. 100. & sic cum
 careat possessione, se executioni rei opponere non pos-
 se, indubitanter est, ut & ibidem nos probavimus,
 præcipue n. 73. & 62.

Ex præfatis pendet etiam resolutio ad propositam
 superius difficultatem ; an iudex Ecclesiasticus vim fa-
 ciet inhibitionem emittere executori laico, quando in
 clericum possidentem rem, de cuius executione tra-
 ctat, & an ab huiusmodi inhibitione appellatiõni in-
 130 terjectæ non deferens, vim faciat Ecclesiasticus. In
 quo dicendum venit, quod quando sententia lata à se-
 culari virtualiter, aut in consequentiam, aut secunda-
 riõ præjudicat clerico possessori ex natura rei, & judi-
 cii ; tunc non poterit inhibere executori, secus autem
 quando sui natura virtualiter, nec in consequentiam
 clerico possessori non citato minimè præjudicat sen-
 131 tentia ; quia tunc sicut non poterit secularis exequi in
 clericum, ita nec vis fiet inhibendo, quæ resolutio re-
 ctè & apertè colligitur ex Mar. Anton. Genuen. su-
 perius pro contraria parte præcedentis difficultatis al-
 legato, in praxi Curia N. apo. Archiepif. cap. 2. per
 totum, dum concedit inhibitionem, quando iudex se-
 cularis non potest exequi adversus rem clericis, & sic
 rectè sequitur per argumentum à contrario sensu, & à
 ratione cessante, (in qua se fundat) quod ubi potest
 secularis exequi, minus poterit Ecclesiasticus iudex in-
 hibere, tunc namque potest inhiberi secularis, cum pro-
 132 cedere in causa contra clericum non potest, latè per
 Lancel. de attent. 2. part. c. 20. in præfatione à n. 77. latè
 etiam Mandof. de inhib. q. 10. usque ad q. 14. bene
 Mart. de iurif. 2. part. cap. 42. per tot. ubi etiam tra-
 133 ctat, an, & quando appellatio ab inhibitione, vel ejus
 revocatoria amoveat impedimentum iudici laico inhi-
 bitio, ut de cætero queat in causa liberè procedere.

134 Sed hæc resolutio indubitanter procedit, quando
 secularis, qui potest exequi, prosequi jam executionem
 incipit, an autem idem erit, ubi iudex Ecclesiasticus
 prævenit inhibitionem nondum incipientem seculari,
 magna est difficultas, ex eo quod dicit Prosper Farin.
 in pract. crim. tom. 1. quest. 8. sub n. 2. vers. sublimina.
 secundo, cum Gerard. singul. 96. post Bald. Butr. & alios
 quos ibi referendo sequitur, nempe ; iudicem secula-
 rem de quæstione facti rei spiritualis incidenti posse
 cognoscere, nisi quando iudex Ecclesiasticus inhibuit
 135 iudici seculari, ne se intromitteret in quæstione spi-
 rituali, etiam super solo facto consistente, nam si hæc
 inhibitiõ emanasset immediatè, & antequam iudex
 laicus inceperit cognoscere super illa facti quæstione,
 non potest se in ea amplius intromittere, & ideo esse
 cautelam (dicit ille Farin.) ut oblata incidenti super
 spirituali causa quæstione, etiam facti coram seculari
 iudice, is, cuius interest, statim Ecclesiasticus iudicem
 adeat, ab eo que petat, ut illius quæstionis cognitionem
 assumat, laicumque inhibeat, qua emanata inhibitione,
 antequam iudex laicus de causa cognoscere incipiat,
 illa terminanda erit per iudicem Ecclesiasticum, &
 non secularem ; quam difficultatem ulterius non dis-
 136 puto, cum defessus calamus longam examinationem
 jam non patiat.

136 Nunc autem queri potest : an excessus repositio ef-
 fectus suos extendat ad fructus perceptos per posses-

forem rei, de cuius repositione ; & restitutione tracta-
 tur, etiam si in sententia revocatoria executionis de
 137 eis nulla facta sit mentio. Et videtur quod non, quia
 sententia ad non expressa non porrigitur, cum sit stri-
 cti juris, ut capitibus superioribus latè diximus. Et quia
 iuste possidet, qui auctore Prætoris possidet ; l. iuste pos-
 sidet, de acquir. poss. & cum vigore sententiæ iudicis
 possidet, bonæ fidei possessor iudicatur, quo casu suos
 facit fructus, nec teneri ad ejus restitutionem, juxta 138
 text. in l. 4. §. fin. ff. finium regund. §. si quis à non Do-
 mino, instit. de rerum divi d. bona fidei emptor. eff. de
 acquir. rer. domi. Curt. Senior. consil. 71. Afflict. dec.
 288. num. 2. & post alios Boërius consil. 85, sub nu. 13.
 Petr. Surd. consil. 115, num. 1. ubi subdit, etiam quod
 possideret sine titulo, vel cum titulo invalido, l. qua-
 139 situm in fin. de acquir. rer. dom. Men. de recuper. rem. 15.
 n. 582. alios allegans, quæ conclusio procedit, etiam
 si sententia, cuius occasione quis possidebat, reducatur
 ad irritum, ut tenet Boërius de consil. 95. n. 24.

Sed contrariam sententiam, & opinionem longè de 140
 jure veriolem, receptiorè que existimo : imò quod
 sententia, aut executione irrita, & revocata, cuius cau-
 sa ; & contemplatione quis possidebat, rem cum fructi-
 bus restituere teneatur. Quod probatur, quia quando
 titulus sui natura est resolubilis, facta resolutione, res 141
 cum fructibus interim perceptis restituitur, l. qui cum
 emit, in prin. l. item quod dictum est, l. Imperator ff. de in-
 diem adject. l. is qui §. si fundus, ff. quod vi aut clam. l. fin.
 ff. de iure fisci l. 1. §. 1. & l. quod si nolit. in fin. junct. l. cum
 autem, §. cum redderetur, ff. de adilit. edic. l. lege, ff. de
 leg. commiss. l. cum quis, & ibi Ang. & Alex. ff. de consue-
 tud. ob causam l. videamus, §. item & indebitum, & duob.
 seqq. ff. de usur. l. 1. ubi Ang. Paul. & Alex. C. de iis quib.
 in indig. & voluit gl. in l. si mortis causa donat. & ibi B.
 ff. de dona. causa mor. Bald. in l. ult. de usu & fruct. leg.
 & cons. 294. donatio causa mort. in pr. l. 3. Panorm. in c.
 ille vos col. 2. de pigno. Ang. Aret. in §. 1. ult. col. vers.
 quero quando revocatur, instit. quib. non est permiffum
 facere test. Franci. Cre. sing. 15. si legatum solvitur. Tiraq.
 in l. si unquam, verb. revertatur, n. 268.

Hinc fit, quod quando titulus reducitur ad non ti- 142
 tulum, & causa ad non causam, res cum fructibus resti-
 tuitur à possessore B. in l. C. sententiam passis, Fel. in cap.
 cum causa col. pen. vers. resp. autem fructuum, de re jud.
 Tiraq. ubi proxime n. 278. ad fin. & cæteri citati Docto-
 res Roman. consil. 454. sub n. 27. inferens, quod si titulus
 redactus ad non titulum, vel habens ortum à causa 143
 irrita, non operatur acquisitionem fructuum ; sequitur
 Natta consil. 535. n. 12. Cachet. dec. Pedem. 160. num. 12.
 Surd. decif. 25. nu. 21. & decif. 45. n. 11. & dec. 163. n. 16.
 & idem consil. 115. quasi per totum, & consil. 268. num. 29.
 30. & 31. & consil. 372. n. 21. l. 3. Fab. Tur. consil. 133. n. 24.
 & consil. 23. n. 11. vol. 3. Rim. jun. consil. 333. num. 21. & 51.
 & idem in §. 1. instit. de donat. n. 601. Maltrill. dec. 29.
 n. 5. 6. & seqq.

Hinc etiam est, quod quando possessionis apprehen- 144
 sio, per aliquem facta, ad non possessionem reducitur,
 tunc res ipsa cum fructibus interim perceptis ab ipso
 possessore aufertur ; quamvis iudicis autoritate in pos-
 sessionem missus fuerit, tenet Rom. consil. 454. nu. 25. &
 trib. seqq. Natta ubi sup. nu. 11. Men. de recuper. rem. 15.
 nu. 638. Mathæus de Afflict. dec. 218. nu. 4. & 5. Ozal.
 dec. 259. nu. 12. Innoc. in c. consult. n. 1. vers. idem etiam
 de iur. patr. Menoch. de retinen. rem. 3. nu. 93. Aret. in l.
 interesse de acquir. poss. Christophor. de Paz. in tract. de
 tenu. c. 11. n. 33.

Et in terminis, quod irrita, aut annullata, seu revo- 145
 cata sententia, cuius causa ; & contemplatione quis
 possidebat, res sit cum fructibus restituenda, est text.
 optimus in l. filio fam. §. contra tabul. ff. de inofficio test.
 quam meritò omnes exclamant, probat Abb. in cap. cum
 caus. ult. mor. de offic. deleg. Fulg. consil. 136. nu. 2. & 190.
 num. 3.

num. 3. Provinz. in collect. ad text. in l. si non sortem, §. si
 centum, ff. de condit. indebit. Afflict. decif. 218. ubi Ursil.
 decif. 240. n. 2. & decif. 249. Roman. consil. 454. n. 26.
 & 27. Natta consil. 535. n. 12. Alciat. consil. 160. nu. 10.
 Curtius junior. consil. 153. n. 16. Mazol. consil. 109. nu. 4.
 Capic. dec. 210. n. 12. Costa tract. de sententia & ignoran.
 gl. 13. n. 8. Torniol. consil. 79. n. 9. Sfort. consil. 96. Lambert.
 de contract. mulier. glos. 1. 2. 23. Vasq. lib. 3. controvers. usu
 frequent. 79. num. 9. Joan. Garc. de expens. cap. 23. nu. 24.
 Burla. consil. 73. & consil. 220. Card. Tusch. pract. conclus.
 litera E. conc. 490. num. 30. 41. & 53. Bardell. consil. 59.
 num. 7. Rauden. de anal. c. 37. num. 209. Aldov. consil.
 50. num. 39. & consil. 51. num. 37. Plot. consil. 38. num. 14.
 Gutier. consil. 15. n. 11. & 12. Riminal. junior. consil. 333.
 num. 19. Ali. de executione, §. 4. c. 21. Petr. Surd. consil. 14.
 nu. 16. & consil. 115. n. 11. & consil. 168. n. 20. & consil. 372.
 nu. 21. Rebuff. de liter. oblig. art. 1. gl. 12. num. 4. Morot.
 consil. 58. num. 8. Boff. tit. de damn. in sol. num. 2. Cephal.
 consil. 198. num. 3. Part. consil. 206. nu. 39. Peregr. consil. 5.
 nu. 71. vol. 1. Menoch. de recuper. rem. 15. num. 638. & de
 retinend. n. 26. Pinell. in l. 2. p. 2. n. 31. C. de bon. mater. &
 in l. 2. part. 1. cap. 4. num. 10. Cod. de resc. vendit. Cum ritu
 17. num. 157. & 158. & ritu 91. num. 17. Ozal. decif.
 Pedem. 160. n. 10. optimè Petr. Surd. dec. 45. à num. 10.
 usque ad 12. & decif. 25. à n. 21. & iterum in tract. de
 alimentis tit. 1. quest. 124. n. 8. Giurb. decif. 89. per totam,
 ubi mirabiliter Maltril. decif. 29. num. 4. & 5. Gratian.
 discept. forens. cap. 157. n. 27. & supra, & insuper mox
 citandi.

146 Et quod quis teneatur restituere fructus quos perce-
 pit virtute decreti, in quo fuit adjudicata possessio propter
 aliquod debitum, etiam pro parte debiti, quod debe-
 batur, tradunt Matth. de Afflict. decif. 218. ad fin. B.
 & Ill. in l. si non sort. §. si centum, ff. de condit. & aliis,
 quos citat Menoch. de retin. rem. 1. nu. 26. Barbof. in l.
 divor. §. si. nu. 52. pag. 1241. ff. solut. matr. Post Paulum
 de Monte Pico in l. post contractum n. 103. ff. de den. Bolog.
 in l. 2. ff. si quis rem. minor. Neviz. con. 77. n. 23. Padill. in
 l. 2. n. 23. C. de resc. vend. Boë. dec. 44. nu. 26. & in con. 23.
 n. 10. Ferr. in form. in actione hypothecaria p. 379. nu. 1.
 Palaez à Mieres in tract. de major. q. 25. nu. 36. 3. p. in no-
 viori impressione.

147 Et quod quando debitor, cuius bona vendita fuere
 propter appretium, à tali appretio appellavit, & per
 iudicem appellatiõnis fait tale appretium revocatum,
 creditor teneatur restituere fructus, quos vigore appre-
 tii percepit, Matth. de Afflict. dec. 188. num. 4. Barb. in
 d. l. divor. n. 51. & 52. Mieres ubi proxime nu. 28. & seq.
 & n. 34. & 53.

148 Et corroboratur, nam facta venditione ob debitum,
 si reddi jubeatur debitori, non ex gratia, sed ex iustitia,
 & juris dispositioe dictante, fructus etiam restituendi
 sunt illi, ut post Paulum de Monte Pico, Bolog. Neviz.
 Padill. locis proxime citatis resolvit Petrus Barbof. d. §.
 fin. nu. 51. & post Ferr. ubi supra, Menoch. de arb. casu
 288. n. 19. Pedemon. decif. 160. n. 16. in praxi notandum
 dixit Mier. d. 3. p. q. 25. nu. 36. & faciunt, quæ nos supra
 diximus hoc capite in prioris quæstionis resolutione, fun-
 dam. 5. versic. quod ulterius, & quinto probatur à nu. 39.
 & seqq.

149 Et non solum quando sententia, & executio revo-
 cata est per viam appellatiõnis, sed & per revisionem,
 ut utroque casu sit res cum fructibus restituenda, juxta
 text. in auth. qua supplicario, & ubi notat glos. cum legiti-
 mis augmentis, Cod. de precib. Imperatori offerendis,
 & Bal. n. 4. Aloyf. n. 26. Rebuff. ad Regias constitutiones
 titul. de sentent. execut. art. 5. gl. 3. num. 3. & 4. Franch. in
 cap. dilecto num. 3. de appellatiõni. Morla in emporio ju-
 ris, titul. de iurisd. omnium iud. in præmiss. n. 73. Vincent.
 de Franch. decif. 224. decif. 288. & decif. 120. Capi.
 decif. 202. nu. 10. & 12. Mulcat. de fideicommiss. mod. 18.
 num. 20. Giurb. decif. 89. sub numero 2. vers. unde est
 Salgado de Protec. Reg.

quod revocata sententia. Afflict. dec. 88. Maltrill. d. decif.
 28. num. 8.

Quæ doctrina ampliatur, etiam in fructibus perci- 150
 piendis, ut & ipsi sint ab huiusmodi possessore resti-
 tuendi, ita ex Angelo, in l. sed parat. n. 2. in fin. ff. quod
 metus causa. Maltril. in d. dec. 39. num. 5. Giurb. d. dec. 89.
 sub num. 2. Pacif. de Salvian. interdicto, inspectio. 4. cap. 1.
 nu. 47. & etiam contra fiscum, text. in l. 1. & 2. de fidei 151
 hæste fisc. lib. 10. & ita decifum fuisse testatur Giurb.
 ubi proxime sub dict. n. 2. & faciunt ad propositum, quæ
 dicit Lancelot. Robert. de attent. 3. part. c. 31. à n. 22. 152
 & supra, quod attentans non excusatur à fructibus
 quos percepit, sed nec ab iis quos percipere potuit,
 etiam si in sententia omiffum sit, dicere de iis quos
 percipere potuit, dummodo sint percepti ab aliquo
 tertio, qui causam habuerit ab ipso attentante con-
 demnato, prout ita fuisse dictum in una Perusina atten-
 tatorum coram Pat. & est decifio in collectis Achil.
 de Grass. 140. fructus perceptos, sub rub. fruct. affirmat
 Lancelot. ubi proxime, & generaliter Mand. in tract.
 de commiss. 14. form. commissiõnis attem. in verb. fru- 153
 ctus. Enim verò si huiusmodi condemnatus attentans
 aliquam allegat iustam causam, se excusandi à fructi-
 bus percipiendis, puta quia dat aliquem tertium, qui
 illos percipit, tunc licet excusetur à fructibus, quos per-
 cipere potuit, ita ut pro eis executionem evitet, non ta-
 men excusatur ab iis quos ipsemet percipit, Mil. verbo,
 attentans, liie penden. fol. 30. Achil. decif. 140. Rot. de.
 cis. 23. alias 597. si spoliatus de resu. fol. in antiq. Cres-
 cent. decif. 92. Moheda decif. 2. & 10. Capitaq. dec.
 237. incipit fructus 1. part. de quo articulo nos latius
 supra hac 4. part. c. 10. de excessiva fructuum, &c. vers.
 quod & illud pertinet, à n. 74. & 75. & 76. cum seqq. &
 vide etiam superius n. 41. & 42.

Hoc enim generale verum est, quod fructuum con- 154
 demnatio verificetur in fructibus perceptis per tertium,
 habentem causam ab attentante condemnato, ut ex
 Achil. & aliis Rotæ decisionibus firmat Lancelot. Rob.
 de attent. 1. part. cap. 3. nu. 23. & 24. Quod pertinet quod
 dicit Baëza in tract. de non melior. filiabus c. 33. num. 6.
 cum seqq. quem sequitur Mieres de majorat. 3. part. cap. 155
 25. numero 42. quod dos data filie ultra summam
 taxatam per legem Regni, est revocanda cum fru-
 ctibus.

Cujus etiam est farina, quod diximus de venditore 156
 bonorum debitoris in causa executionis rei iudicæ,
 vel publicis instrumentis, nulliter tamen factæ per exe-
 cutorem, eo quod minime fuere servata juris solemnita-
 tibus, nam propter hoc passim in tribunalibus huiusmo-
 di executiones annullantur, bonis cum fructibus debi-
 tori restituitis, soluta prius debita pecunia, hoc est quæ
 deberi omnino, apparet ex instrumento aut re iudicata,
 non autem pretio, pro quo vendita fuere, & hoc cum
 legitimo interfusario simul, quod cum fructibus ejus-
 dem rei facta omnium liquidatione proportionabiliter
 compensandum est, ut eleganter tradunt Ozal. dec.
 Pedemon. 160. sequitur Jo. Franc. Bulla com. inter com-
 munes 1. part. l. 5. tit. de prædiis minor. num. 16. & ex aliis
 Gasp. Rodr. de ann. redd. l. 1. cap. 14. num. 61. ubi alia po-
 nit exempla, optimè Mier. de major. 3. p. quest. 25. à nu.
 28. post Barbof. in l. divor. §. fin. n. 51. & 52. Gab. consil.
 33. nu. 10. & consil. 167. n. 94. Nicol. Boër. dec. 44. nu.
 26. Ferr. in pract. in form. libell. pag. 379. col. 1. Gama
 dec. 232. n. 5. & ejus additiõ. 234. qui refert Sfortiam
 consil. 41. & legitibus est ipse additiõnator, decif. 40.
 ejusdem Gamæ. Latissime etiam idem probat post alios
 Giurba decif. 105. quando executio quomodolibet sit
 revocata, etiam per enormissimam læsionem, si ve res
 creditor sit adjudicata, si ve quia ipse emit per supposi-
 tam personam, si ve à tertio emptore, possessa per sub-
 157

Quæ consideratio non extra rem est, cum nemini 157
 K K k 2 dubium